quadam nocte pernoctaret, inter colloquia, que habuit cum fratribus, precepit advocatiam ad seniorem de stirpe fundatoris gestinere debere. Rediens ad maritum Ottonem marchionem miratus redivit, cur ecclesie illi tanto tempore prodesse conaretur, cum filii eius ius advocatie in ea habituri non essent, sibi procius videri, ut ecclesiam propriam ipse construeret, in qua tam ipsi quam heredibus suis ius dominationis in perpetuum servaretur. Hac occasione ecclesia Cellensis fundata est anno Domini mo LXXV sexto Vo. Junii. Hiisiquidem Otto marchio Misnensis inter cetera villas et loca, que dicto monasterio contulerat, contulit et villam Cristelsdorff et locum ubi nunc Freiberg civitas est fodina argenti sita est, ubi expost non multo tempore Dominus omnipotens aperuit sibi venas argenti in loco predicto habundantius ipsum eciam in temporalibus remunerando et suos heredes, quam ipsi monasterio predicto contulerat, ere argenti in fundo ecclesie et monasterii reperto pro ipso fundo Freibergen si quidem unum Rustin in cambium ecclesie in ius et proprietatem perpetue donavit, prout in privilegiis fundationis et donationis Cellensis ecclesie plenius continetur. Sic que prefatus princeps pernaxime ditatus civitatem Freiberg et Lipczik et Ysenberg muris bizmis circumdedit. Castrum eciam Wissenfels cum omni iurisdictione acquisivit multa predia pluribus ecclesiis et monasteriis donavit. Inter cetera volens eciam monasterium ad honorem fundare canonicorum regularium, sicut pater suus fecerat una cum fratre suo Dedone comite de Rochlitz ecclesiam beate virginis circa littus fluvii Mildam prope Lissenitz, que ecclesia Owa claustrum habuit nuncupatum, fundavit optimeque a loci diocesano Nuenburgensi episcopo remissionem decimarum in sexaginta mansibus, que vulgariter eygen Lehen dicitur, quod

---

a) poipit (precipit) c. ~~precipit c~~

b) esse ut c. (ese, ut)

a) esse ut c. (ese, ut)

b) esse ut c. ~~q) inmo essent~~

+ fCCLVIIIa

~~Misnensis~~

b) deest c. adscribit manus ~~recentissima~~ in marg. s. XVI.

c) manu ~~recentissima~~ in marg. Freiberg s. XVI.

Fodina argenti inventus circa Freiberg

q

Freibergen

d) Nomina locorum manu recentissima in marg. modo scribendi sacculi ~~XV~~ XVIe accommodata repetuntur. Fhor

Wissenfels

~~aut Dal~~

~~e) claustrum?~~

Mildam

e) Ippe (prupie) c.

~~f) Gebuit (?) appellatur. (iam Brot.?)~~

g) in marg. super. Claustrum Owa fundatur circa Lissenick

owa claustrii c.

alias est mansus; que novacula cum pratis et
silvis dicte ecclesie una cum fratre suo Dedone
donavit atque ab imperatore Frederico confirma-
cionem optinuit, prout hec clare in imperiali
suo cum sigillo maiestatis, quod habetur in mona-
sterio sancti Mauricii prope Nuenborch, ad
quam ecclesiam hodie dicta prepositura Owa
claustrii dinoscitur pertinere, quod
quidem privilegium sepius vidi ac coram prin-
cipibus modernis produxi eisdem copiam
translatam in vulgari Tradendo. Et sicut
patrem suum Conradum, ut supra dictum est,
Deus in temporalibus ditaverat et prole pluri-
ma fecundavit et sic et suum filium Ottonem
presentem. Nam ex coniuge sua genuit duos
filios Albertum et Theodericum et duas filias Ade-
lam et Sophiam. Sophia nupsit burggravio de
Reynsborg, Adelam duxit Odackarus, qui
postea fuit dux Bohemie, qui genuit ex ea
filium Bredislaum et filias tres, quarum una
nupsit regi Dacie, alia Hinrico comiti de Or-
tinberg, Tercia canonizata est in Gerenrode.
Et vocatur Gerinrode a Gerone olim mar-
chione, dicto Gero fundatore ubi habetur
brachium sancti Ciriaci martiris, quod papa
sibi donavit. Hec Adela cum Odackaro ex post
divorciata est propter notam consanguinitatis
et de ista causa loquitur decretalis consti. secunda
de testibus orta est Dominum Anno Domini mo c°
LXXXII° magna discordia inter Lodewicum alias
lantgravium, comitem Thuringie et Ottonem
marchionem Missnensem, ita quod prefatus
Lodewicus Ottonem marchionem captivavit. Sed
quia hoc mediante iniusto bello, ideo precepto
Frederici imperatoris relaxatus est. Tandem semina-
tor discordiarum, dyabolus, bellum intestinum inter
ipsum Ottonem marchionem et Albertum filium
suum seminavit, ita quod filius precepti decalogi in-
memor manum suam violentam in patrem extendit
ipsumque captivavit et in castro Delbin custodie
mancipavit

a) novacula c.

claustrii

claustrii?

vulgari

c) gerinrodo c.

a) dnum c.

Lodewicus cepit Ottonem marchionem.

m Missn

anno M°C°LXXXVIII. Causam autem huius-
modi captivacionis in cronica Sereni Montis sic
repperi. Cum Otto marchio esset pater duorum
filiorum Alberti et Theoderici, Albertum,
qui maior natu erat, post se marchionem
Missnensem ordinaverat, Theoderico fratri
iuniori sufficientibus aliis castris et terris
et presertim castrum Wissenfels assignatis.
Mater vero Hedwigis plus iuniorem dili-
gens marito persuadere conata est, ut feoda
que meliora habebat, ipsi assignaret; ad
postremum eciam, ut testamento muta-
to ordinacionem de seniore factam in iunio-
rem transferret, quod cum marchio
inclinatus facere intenderet, hoc comperto
senior filius consilio, ut fertur, Bernhardi
Saxonie ducis, avunculi sui, et aliorum quo-
rundam amicorum fideliumque suorum
patrem + in castro suo Delbin a detinuit
testamenti sui prioris ab eo exigens confir-
macionem deputatisque ei custodibus,
quorum unus fuit Conradus comes
filius Dedonis de Rochlitz, fratris Ottonis
unde presumptum est ipsum Dedonem
fratrem suum, captivacionis eius conscium
fuisse. Imperator itaque rem gestam audiens
graviter accepit certumque erat, quod mor-
te Alberti factum vindicaturus fuisset, nisi
eum peregrinacionis sue promovende
intencio prohibuisset. Missa tamen legacione
ei sub obtentu gracie sue precepit, ut patrem
a captivitate relaxaret, monens eciam patrem,
ut dissimulato dolore in graciam filium suum
revocaret. Filio suo Hinrico dictus imperator
commisit sollicite, ne facti detestandi negli-
geret ulcionem. Sicque marchio solutus est,
thesauris suis, quos plurimos habebat, a
filio ex parte iam maxima devastatis. Pater
vero filii nephas gravissime ferens, se omnino
vindicare disponens, ortum est intestinum

cum

missn

castrū

a) feodia c.

b) ordinacione c.

+ f. CCLVIII d.

a) Delbin Dewin? f. o. wo sich Delbin zu lesen ist.

b) und

ffilio

ortum est

bellum gravissimum inter patrem et filium, ~~ita quod~~ ita quod nunquam quam expost pater hanc iniuriam filio ex toto remisisset sed usque ad finem vite sue duravit, licet imperator eosdem concordaverat, et sic fortur mortuus fuisse ex expost anno sequenti, anno Domini puta m° c° LXXXIX. XII Marcii. Primus quoque filiorum suorum contra fidem patri + datam, videlicet ut in ecclesia Sereni Montis omnes ei consepelirentur, in ecclesia ordinis Cysterciensis, cuius fundator extiterit, que cella Vetera dicitur, est sepultus. Sed ne calumpniandi de fide patri prestita aliqui habebant materiam, dico, quod votifactor non est, qui illud, qui aliud in melius commutat. Sed prefatus inclitus princeps marchio locum magis religiosum et solempnius paterno monasterio fundatum eligendo promissum, non violavit votum, sed pocius adimplevit. Albertus marchio, filius Ottonis audito, quod pater suus partem peccunie in Cella repositam moriens dimisisset, ad locum venit peccuniamque ipsam a monachis exegit. Erant autem marce argenti tria milia de iustis omnimodo proventibus, et a que nichil iniquitatis mammone admixtum habebant. Estimo, quod de Triberg venissent, quas marchio pro remedio anime sue ecclesiis Dei deputaverat distribuendas. Monachi vero responderunt, se depositum illud, ad quod predictum est, conservandum in fide suscepisse nec id trahere ad aliud quodlibet inde faciendum, quoniam pocius cum ipso ad eius asilum velle confugere, cuius erat peccunia custodie deputata. Hoc dicto peccunia tota in altari Dei genitricis reposita, eventum rei solliciti expectabant. Marchio vero neglecta tanti custodis reverencia ablatis omnibus discessit. Nec mirum, dicit cronica Sereni Montis, si mortuo patre violentus extiterat, quem vivum

ita quod

+ f. CCLIX a

vetera

votifactor

erant

a) p. c.; ~~dd.~~ manu rec. enti superscr. et.

a) distribuendis c.

posse

b) ita c.; corr. manu rec. enti in marg. Tradere ~~id trahere = detrahere?~~

a) quilibet

c) confringere ~~[illegible]~~ corr. manu rec. enti confugere

Si

+ f. CCLIX

non timeret captivare nec eciam fratri pepercit, sed in bonis ~~propriis~~ patris illius violentus existens paulatimque eum a castris, que ipsorum erant communia, excludens exheredare eum modis omnibus conabatur. Mortuo itaque Ottone marchione, Albertus, filius eius marchiam Missnensem obtinuit, fratrem suum Theodericum comitem de Wissenfels persequi cepit eum omnino omnibus suis bonis privare, si potuisset, voluit. Theodericus tali siquidem violencia fratris sui dudum quasi triennio et amplius pressus, pro auxilio petendo ad Hermannum Thuringie lantgravium se contulit, quem ille aliquamdiu suspendit, dicens se, ut marchioni Alberto bellum inferret, occasionem ydoneam non habere. Habebat autem filiam iam nubilem. Comite vero peticionem sepius iterante, lantgravius de consilio suorum respondit, si gener eius fieri vellet, se ei omnibus modis ~~succ~~ succursurum; quod ille quidem primo, quia puella oculis eius propter sui difformitatem displicebat, renuit. Sed tandem necessitate coactus consensit coniugioque facto ex hinc auxilio lantgravii fratri cepit superior apparere. Demum cum marchio Albertus contra fratrem et castrum Wissinfels in loco vicino qui Sibotinberg dicitur, novum castrum construeret, comes Theodericus supervenienus, ipsum fugavit, plures ex militibus suis captivavit. Cum itaque iam manifeste lantgravius Hermannus marchionem Albertum appeteret inimiciciis, ille marchio in loco Reveninge dicitur, militibus collectis, ipse se hostem ostendere Thuringis modis omnibus intendebat; cuius conatum lantgravius anticipans castra eius cum suis improvisus irrupit turbatisque omnibus qui circa ipsum erant, eos ad fugam coegit, non paucis eorum, licet aliquamdiu viriliter restiterunt, captivatis. Marchio vero cum tribus

a) pris — missn — comite — construeret + f. CCLIX c. — a) Hermannus c. corr. manu recenti nus — Ille revenige (u=n). — ~~7 qui 2 dosti~~ — b) tr

vel quatuor sociis fugiens, ad Montem Serenum
sancti Gelii pervenit, quorum equi horrendis
vulneribus debilitati ~~[illegible]~~ signa certaminis
ostendebant. Walterus, tunc prepositus ibidem
alios equos eis procurans ipsum marchionem
cappa claustralis a persone indutum, aliquanto
vie spacio Liptzik tendentem prosecutus est,
verum licet marchio Albertus hiis adversis
nichil a sua magnanimitate b alteratus reparan-
di bellum firmum haberet propositum, non
parum tamen imperatoris, de qua erga
se certus erat, ~~[illegible]~~ dehortabatur indignacio a,
cuius ministeriales speciali bello eum iam
appetere disponebant, quia tunc necessa-
rium credens, si id efficere posset, imperatoris era
primo graciam impetrare, ad partes trans
alpinas Italie, ubi tunc imperator constitutus
erat, profectus est. Frater vero eius
Theodericus ad terram + sanctam peregrinatus
est. Sed cum marchio Albertus ad imperatorem
venisset, non solum recuperande gracie om-
nimodam habuit ~~rest~~ resistenciam et diffi-
cultatem, verum eciam vite sue periculum
impendere cognovit. Quare suis omnibus ~~[illegible]~~
apud imperatorem relictis, uno tantum comi-
te sumpto, fuga quidem propter insidias
imperatoris difficili usus ad propria reversus.
Recogitans itaque in animo suo, quod quoniam
nulla est nisi ardua virtus, ipsi eciam im-
peratori, si necesse esset, repugnare disposuit,
municiones et castra sua omnino non ~~curavit~~
destrui. Postquam Liptzik et Chamborch et
Misnam studuit armis et victualibus contra
imperatorem premunire. Certumque fuisset
~~[illegible]~~ orientali, Missnensi et Glissenensi cla-
dem b permaximam procuratam fuisse, si
non eum a vite terminus b prevenisset. Eodem
itaque anno M°C°XCV Albertus marchio
veneno, ut fertur, a quodam familiarium
suorum Hugoldo nomine sumpto, egritudi-
nem incurrit. De Triberge vero, ubi egrotare
cepit, Missenam festinans cum nec equo nec
curru propter morbi vehementionem vehi

ulner.
a) claustrali c.
cz.² c:t.
b) magnanimitate c.
~~Lucke~~
a) indigna c.
ffrater
+fCCLIX d
k
fo!
recogitans
curavit
patrie
missn
~~Missn~~
prie
b) cladam c.
a cum ~~[illegible]~~ c.;
corr. man. rec. eum.
enti
b) t'mis c.
vehemencionem

posset, a viris in gestatorio ad hoc ipsum cum rege
portabatur. Verum emenso unius miliaris
spatio, ingravescente molestia, eciam portari
non sufferens, in villa quadam Himritzdorff
depositus ibique defunctus est VIII Kl. Julii, ut
in cronica Terami Montis hec omnia clare habe-
tur, sepultusque est in Cella iuxta patrem
suum. Uxor vero eius Sophia, filia ducis Bohe-
mie, fratris Odacari, expost a vita XXX
dies eodem veneno extincta est. Hic Albertus
nullum reliquit filium, sed filiam habuit,
quam habuit Hermannus de Lodeburg in uxo-
rem. Sicque Albertus digno Dei iudicio punitus
et prignore heredis iuste destitutus iuxta senten-
tiam veritatis: honora patrem et matrem, ut
sis longevus, saltem in generatione sua super
terram merito posteritas exsavit.

Collaterales Ottonis.

Visum est iam de factis et gestis Ottonis
marchionis, filii Conradi, qui est prothus et
stipes principum nostrorum, Friderici et
Wilhelmi fratrum et Friderici, eorum
marchionum Missnensium et lantgra-
viorum Thuringie. Nunc de eius fratribus
tanquam collateralibus est videndum et
primo de Theoderico marchione Lusacie et
marchione de Yleburch. Hic Theodericus frater
Ottonis accepit uxorem sororem Mesconis
ducis Polonie, Dobergenam nomine, que et
Luckardis vocabatur. Hic Theodericus primo
edificavit castrum Landisberg, fundavit
civitatem Schildow, fundavit monasterium
Cisterciensis ordinis solempne
et dives Dobirtzug, imitatus in hoc fratrem
suum Ottonem, qui Cellam veterem fun-
daverat. Hic marchio, vir prudens et strennuus,
potens et dives, parrochiam in Yleburg cum
capella castri monasterio sancti Petri donavit.
Item capellam in castro Landisberg una

a/ miliari ℈

*f. CCLX a.

uxor

a/ ex prius pag ℈.
prius del.

recenti manu

b/ huic ℈. addatur in marg. huic
~~eue habuit. et cum eo tum. in marg. duxit~~

uxor

ut.

Mod.

patrui
Gratzni.

missn ~~Missn~~

a. R. Yb. d. Yf. De Theoderico fratre
Ottonis.

~~et Mesconis. 2 c. 1. mesconis~~

f. CCLX b.

d. in marg. inf. Castrum
Landisberg ed. edificatur.

es in marg. Monasterium Dobirtzug edificatur.

strennuus

MONUMENTA GERMANIAE.

cum castro edificari fecit; ~~Ja~~ in curia Curia impera-
toris Fridorici de principalioribus consiliariis
fuit. Nam una diorum cum imperator Fre-
dericus cum Allexandro papa fuisset con-
cordatus Veneciis ante ecclesiam beati Marci,
imperator in presencia multorum archiepis-
coporum, principum et aliorum infinita
multitudine ad osculum pacis per papam
recipi debuisset, et hic dies reconciliacionis
solempniter celebrarentur, ibidem a clero
et populo. Huius autem concordie reformande
pacis cooperator fuit Wichmannus archi-
episcopus Magdeburgensis, filius sororis Con-
radi, patris Theoderici marchionis, et ipse Theo-
dericus, qui industria sua animositatem
imperatoris ad tantam mansuetudinem de-
duxerant, ut in condempnacionem erroris
sui coram summi pontificis pedibus pro-
sterneretur. Fertur autem, quod cum suble-
vandi eum papa moram faceret, Theodericus
orientalis marchio, qui aderat, cum imperatore,
quasi cum indignacione et querela et redargu-
cione exclamaverat, cur imperialem digni-
tatem tante iniurie subiecisset. Papa vero
ydeoma Theutunicum non intelligens in-
quisivit, quid diceret Almanus; quod cum
didicisset, festinus accedens imperatorem
sublevavit, ad osculum suum erexit. Facta
sunt hec anno m°c°LXXVII in vigilia
beati Iacobi apostoli. Genuit preterea Theo-
dericus filium Conradum nomine et filiam
nomine Gerdrudem, quam Gerpstede mona-
cham fecit. Preterea filius Conradus anno
Domini m°c°LXXVI° ad torneamentum ad
Austriam equitavit, ubi ictu lancee perfossus
interiit XV kt Decembris. Tantum ergo a)
idem ludus pestifer in partibus nostris tunc
inoleverat, ut infra unum annum sedecim
milites referuntur periisse. Propterea d) re
Wichmannus archiepiscopus omnes eius

a. R. P. d. Vfr. Imperator Fredericus

b) debuisset corr. man. recenti debuisset.

~~a) sdepnacionem~~

ffertur

redarguc̄oe

+fCCLX^c

facta

a. R. P. d. Vfr. Conradus moritur in Torneamento in Austria.

c) ~~[illegible]~~ man. recenti in marg. autem

d) deest c.; add. recenti ~~man. rec.~~ in marg. (inoleverat)

frequentatores cum suffraganeis suis excom-
municacionis vinculo innodavit. Comper-
ta autem prefati comitis morte tunc in
Austrie partibus constituto, missis nunciis
eum a sepultura ecclesiastica fecit prohiberi.
Tempore quoque procedente cum archiepisco-
pus idem convocatis suffraganeis suis cum
magna cleri frequencia in ecclesia Hallensi
conventum haberet, pater occisi, scilicet Theo-
dericus marchio et fratres eius, videlicet Otto
Missnensis marchio, Dedo comes de Rochelitz,
Hinricus comes de Wittin, Fredericus comes de
Brene cum multis nobilibus viris et mini-
sterialibus+ advenientes pedibus archiepiscopi
ac totius cleri cum lacrimis provolvuntur,
postulantes, ut occiso communionem con-
cederet fidelium sepulture, asserentes constanter
eum ante finem suum penitentem et abso-
lutum communionem dominici corporis meruisse. Cum enim idem moriturus vulnere de-
bilitatus iaceret, contigit sacerdotem quendam
religiosum transire, qui petentibus amicis
eius ad vulneratum accedens magna ab
ipso instancia rogatus est, ut penitenciam
eius et confessionem admitteret et a vinculo
excommunicacionis eum absolveret, fideliter
promittens, si divina misericordia vite spa-
cium largiretur, nunquam se de cetero
tali causa excommunicacionis sentenciam
meriturum, quin pocius et de hoc et de aliis
suis peccatis Deum sibi modis omnibus
placaturum. Super hoc autem ad militan-
dum Deo cruce signari devote petivit, ut eius
contricio manifestius appareret. Sacerdos vero ille
cordis in eo contriti signa percipiens confessione
eius audita et penitencia iniuncta ab excom-
municacionis nodo eum exsolvit sicque recon-
ciliatum dominici corporis participem faciens,
sicut petierat cruce signavit. Quibus peractis ex-
post modico tempore defunctus est. Cum itaque principes
predicti coram archiepiscopo, eorum cognato, quia filius
sororis patris ipsorum fuit, et clero hec assererent, *

missa ~~Missn~~

cf. ?c. t.

ffred.

+ f. CCLX d.

a) provoluntur c.

constanter

a) seq. nun del.

c) largirentur c.

(nun c.)

m post deleto

b) ~~penitet~~ penitenciam c. ~~con~~ ~~penitencia~~ ~~mari~~ ~~ut videtur~~

c) hoc loco sicut

* f CCLXI a

sacerdos horum omnium executor, cum presens esset, iuramento hoc confirmare, ut nulla remaneret dubietas, rogabatur. Quod ille ~~alacriter~~ alacriter adimplevit. Ipsi preterea principes predicti exigente hoc ab eis archiepiscopo in reliquiis iuraverunt a torneamento perpetuo abstinere nec usquam in omni dicione sua huiusmodi exercicium permittere hominesque suos et ministeriales ab eo modis omnibus coherciere. Sicque demum archiepiscopus mortuo sepulturam concessit, salva tamen sedis apostolice auctoritate. Unde factum est, ut ~~tandem~~ tam diu sepultura careret, donec unus militum familiaris eius Wernerus nomine consensum de hoc summi pontificis reportaret, qui eciam transmarinam peregrinacionem pro ipso postmodum pergens fidelem se ei manifestis indiciis declarabat sepultusque fuit in Sereno Monte XV kl. Februarii ante introitum ecclesie maioris ad occidentalem partem ecclesie. Iuxta quem in ecclesia postea predictus Wernerus miles suus requiescit. Optulit preterea Theodericus marchio pro anima filii sui X mansos in villa, que Marggravendorp dicitur. Theodericus itaque herili pignore sic privatus dudum post separatus fuit cum uxore sua Dobergena. Sed illa adhuc vivente aliam quasi superinduxisse fertur uxorem, scilicet Konegundam nomine relictam Bernhardi comitis de Plotzke, ex qua genuit Theodericum Merseburgensem episcopum. Anno igitur m°c°LXXXIII° in festo pentecostes imperator Fredericus filium suum Hinricum regem fecit. Ubi multis principibus convocatis affuit inter eos et Theodericus marchio, filius Conradi, qui ibidem Moguncie egritudinem incurrebat, qua longo tempore detentus est. In vigilia vero beati Thome Expost in Montem Serenum de castro

alacriter

= tam diu

a) de est c. ~~(in eadem eat.?)~~

+ f. CCLXI b.

Fredericus

est in

Expost

suo Landisperg vicino vel de Ylcberg adductus
in a infirmatorio claustri b. decumbens in
gravescente molestia v° kl. Februarii
defunctus est ibidemque sepultus fuit in
dextra Friderici, sui fratris, comitis de Brene.
Post patrem eorum adcrescentes, sepelierunt
eum fratres sui Otto Missnensis marchio
et Dedo comes de Rochelitz. Dedit preterea
idem Theodericus in extremis ecclesie Sereni
Montis vineam in Podegiz, que marchionis
voratur. Dedit etiam beato Petro dorsale
magnum et duas marcas cum dimidia puri
auri ad opus unius calicis, qui postmodum
obligatus inter Iudeos suratus fuit in
Hallis. Dederunt pro testamento prete
rea heredes sui, Otto et Dedo fratres, LXX
marcas argenti, + pro trium talentorum
redditum comparatione pro anniversario
ipsius. Otto marchio suas XXX marcas
statim persolvit, Dedo XXX marcas rela-
xavit de precio ville Kokere, quam villam
ab ecclesia Digaviensi redemerat. Mortuo
Theoderico sine filio legitimo, tota eius here
ditas, videlicet marchia + Lusacie, Ylcberg
Landisberg et cetera [a] Ottonem marchio-
nem Missnensem et ad Dedonem fratrem
eius translata sunt. Sed marchiam Lusacie
imperator Fredericus aliquamdiu detinuit.
Sed Dedo comes pro quatuor militibus ma
carum ipsam ab imperatore redemit etc.

De Dedone fratre Ottonis

Dedo comes de Rochelitz proavus sancte Eliza-
bet et avus sancte Hedwigis, frater Ottonis
marchionis Missnensis, filius Friderici Con-
radi marchionis, accepit uxorem Mechtildem
filiam Florentini comitis de Hinrichsberg,
sororem Philippi Coloniensis archiepiscopi
ex qua genuit Theodericum maioris ecclesie
Magdeburgensis prepositum, postea comes
de Semmerschenburch et Grotz. Item genuit

Grotz.

---

a) dass. c. / add. man. rec. 14 may.
yd' b) claustro c. 2

sepelierunt
missn Missn
tz. 2 c. 1.

I podegiz

c) dorssale c.

+ b. CCLXI c.

a) dass. c.

m
Missn
k
Ffred.

a) dass. c.

rot.
g. 2 tz. 2 c. 1.

b m Missn

De sancta Elizabet et de
sancta Hedwigi.

Sommerth

Fred
Kokere
Fkere

Philippum Santensem prepositum. Item genuit Goswinum et Hinricum, qui in iuventute mortui sunt. Item genuit

a) que corr. qui post

Eckeh.

Conradum, marchionem, qui successit sibi in Lusacia. Genuit preterea filiam Agnetam, que nupsit Bartoldo duci de Meran, qui genuit ex ea filios Ottonem ducem de Meran et marchionem de Ostirrich, qui eciam de Andasse dicebatur, et Eckehardum Bobinbergensem episcopum et Bartoldum patriarcham Aquilegensem. Item genuit tres filias, quarum una nupsit regi Francie Philippo, alia regi Ungarie, que fuit mater sancte Elizabet. Tercia duci Slesie Hinrico que fuit et est sancta Hedwigis. Hic siquidem Dedo patrem suum Conradum imitatus monasterium solempne canonicorum regularium fundavit in Schillam, quod hodie possident fratres ordinis militarium de domo Theutunica. Dedicatum fuit hoc monasterium anno Domini MoCoLXXIIII, accepit autem primos canonicos et fratres de Sereno Monte et primus prepositus Theodericus fuit. Quomodo autem istud monasterium devenit ad cruciferos plena de hoc habetur hystoria longa apud sanctum Thomam in Liptzk, quod ibidem perlegi et ut aliquid sciatur. Fratres nobiles quidem nobiles genere et sanguine, sed ignobiles moribus prepositum eorum uno pede cum gladio mutilarunt ac ita inordinate vixerunt quod eisdem per advocatos marchionum Missnensium repulsis et exclusis ipsis cruciferis magna dona donantibus locum taliter qualiter obtinuerunt. Et, ut in superioribus dictum fuit, quod Dedo frater patris sui Conradi marchionis, habuit uxorem Bertam, filiam Wiperti comitis et marchionis de Grotz, ex quo non habuit filium, hunc Dedonem de Rochelitz adoptavit in filium et

+ f. CCLXI^d

a) sancte corr. sancta

hic

a) q

b) nobiles add. sed del.

a seq. nobiles del.

Sz

Missn

et

b) seq. hunc Dedonem de Rochelitz del. add. sed

Rochelitz

pro tanto mortuo Hinrico filio Wiperti + de
Groszick et marchione Lusacie, Grosick castrum
cum suis pertinenciis dedit Dedoni de Rochelitz
et sic primo venit ad genealogiam marchionum
Missnensium castrum predictum, ad vocacia
Pigaviensis. Theodericus autem, filius Dedonis
duxit uxorem Mechtildam, filiam Lodewici
comitis de Thuringia, genuitque ex ea filiam
Agnem mortuusque anno Domini mo cc°
vii sine filiis et sic ad a fratrem suum Con-
radum tota sua hereditas devenit. Hic Theo-
dericus marchio primus fuit comes palatinus
et hereditario iure fertur ab imperatore ad
hoc privilegiatus, ut in fundacione Gozocen-
sis monasterii recolo me legisse, et ex post
marchiones Missnenses semper asscripserunt
sibi istum titulum, puta marchiones Miss-
nenses et comites palatini vel a castro
Grosczik et Sommerschenborg, sed utrumque
hodie est distinctum. Conradus siquidem marchio
Lussacie, filius Dedonis de Rochlitz, frater Theo-
derici, accepit uxorem Elizabeth, filiam
Misconis ducis, Ladislai Polonie, viduam
S. Zibislai ducis Bohemie; Genuit ex ea filium
qui puer obiit, filias duas, Mechtildam, quam
duxit Albertus marchio Brandenburgensis,
et Agnetam, quam duxit Hinricus comes
palatinus Reni, frater Ottonis imperatoris
quarti. Hic Conradus orientalis marchio a
socero suo + Ladislao multa gravamina
passus fuit. Idcirco castrum et opidum Lubuss
socerisui Ladislai cum exercitu obsedit. Ladis-
laus vero obsidionem solvere volens collecto
exercitu copioso marchioni mandavit secum
crastino die congressurum. Vespere autem diei
precedentis Oderam fluvium cum omnibus
est transgressus in pro visus hostibus super-

+ f. CCLXII a.

groszik

m Missn

pigaviens

a) et c (z)

m Missn

missn

Missn

(l. destructum.)

lussacie

q. 2 c. 1

Zibislai

~~et Bislai?~~

quam

+ b. CCLXII b.

lubuss

Lubuss obseditur.

venire moliebatur. Unus vero eorum, qui Supani [a] dicuntur, vehementer ei cepit obsistere, monens, ne tempus pugne statutum preveniret, quia hoc factum nullius quam infidelitatis nomine reccius [b] appellari; quem cum timiditatis causa dux argueret et fidelitatis iuramento, quo [c] ei teneretur, commoverat [d], respondit: [e] Ego quidem ad pugnam pergo. Sed scio me patriam meam de cetero non visurum? Habebant autem ducem belli Phitonissam quandam [d], que de flumine cribro haustam aquam nec defluentem deferentem exercitum precedebat et hoc signo eis victoriam promittebat. Nec latuit marchionem adventus eorum, sed mature suis armatis et ordinatis occurrens forti congressu omnes in fugam convertit. Phitonissa primitus [d] interfecta. Ille eciam supanus [d] viriliter pugnans cum multis aliis interfectus est et, nisi hora tardior fugientibus presidium contulisset, cruentam victoriam fieri contigisset. Multi tamen ex eis, cum fugerent, mersi sunt in paludibus. Marchio post victoriam reversus castrum cepit, tutoribus eius suspendio condempnatis. Facta sunt hec m° cc° ix. Conradus hic marchio Lusacie comes de Rochelitz, de Grotz, Yleborg et Landisberg mortuus fuit sine heredibus masculis anno Domini m° ccx. Cuius marchiam Lusacie Theodericus marchio Missnensis, filius Ottonis marchionis, fundatoris Cellensis cenobii, redemit ab imperatore Henrico VI pro xv milibus marcarum argenti. X persolvit, V fertur sibi remisisse. Et sic tercio marchia Lusacie ad principes

a) post. manu corruptum in supani

~~a) ita c. recte, perperam con. man. rec. supani~~

pugne

b) recans c.

posset

c) q c. (qua)

d) ita c.

pugn.

a. R: Phitonissa cum aqua in cribro.

d) q dam (= quendam) c.

e) promittebat c.

~~promit. cuius pro pm.~~

d) seq. inf. del.

e) post. manu ~~supanus~~ corr. in supanus

pugn.

+ f CCLXII c.

ez. ? c. t.

m Missn

missū ~~Missn~~ Missnenses pervenit. Primo ad Conradum Sereni Montis fundatorem ex dono Lotharii imperatoris. Secundo ad Dedonem comitem de Rochlitz a Frederico imperatore pro ~~quo~~ quatuor militibus marcarum, et sic nunc tercio ad Theodericum marchionem, ut dictum est. Mortuus autem fuit Dedo, pater eorum, anno Domini m° c x c° et in monasterio Schillen honorifice sepultus et non cum patre suo, ut promisit. Evenit autem mors ipsius isto modo: Henricus rex Romanorum ducende uxoris causa ad partes Apulie profecturus Dedonem hunc marchionem secum proficisci voluit, qui itineris illius asperitatem et aeris qualitatem corpori suo, quia valde pinguis est et crassus erant contraria senciens pro tolenda arvi ad hibito ventris incisione mortuus est XVII kl Septembris anno quo supra. Privilegia autem huiusmodi Dedonis de fundacione Schillensis cenobii habentur in Aldinborg in monte apud regulares. Continet scriptura mortuariorum Sereni Montis, quod pro anniversario eius oblatus sit unus mansus et una pro uxore eius Mechtilde. Cuius anniversarius est XIII kl Februarii. Cuius veritas hac racione constat: Theodericus marchio orientalis Lusacie, frater Dedonis, quandam possessionem Grotz nomine super Mildam prope Yleborch Kunigunde comitisse, quam superinduxerat, ut supra dictum fuit, et Theoderico, filio eius, Merseburgensi episcopo, dedit, quamdiu viverent possidendam, eo vero mortuo, cum inter Ottonem Missnensem et Dedonem orientalem

cz.? c. t.

~~a) seq. in del. m~~

+ f CCLXII d.

fo!

b) ~~vel arni (n. v.) cor.~~ arni c. manus rec. in marg.: add. arvina medico

privilia

c. mortua || (n cor. ri) ~~mortuorum~~ ~~ior~~ c.

c) q̄dam c.

missū ~~Missn~~

MONUMENTA GERMANIAE.

marchiones proprietatis eius divisio fieret, ius proprietatis prefate possessionis in partem Dedonis cessit et posteum ad filios ipsius ~~Conra~~ Conradum Orientalem marchionem Lusacie et Theodericum comitem palatinum de Sommirschenborg. Tempore vero procedente Walterus prepositus Montis Sereni possessionem memoratam a Theoderico Merseburgensi episcopo, ius autem proprietatis a marchione et comite fratribus pro LX marcis comparavit, XXX marcas singulis ipsorum deputatis, quorum tamen uterque X marcas sue partis remisit, ut duo mansi possessionis eiusdem pro patre et matre ipsorum ascriberentur, quia singuli mansorum illorum X marcis ~~marcas~~ constabat. Conradus reliquas XXti marcas expost propter Deum remisit, quod Theodericus non fecit.

+ f CCLXIII a

LX

Hinricus

Hinricus comes senior de Wittin, filius Conradi marchionis, quartus frater Ottonis marchionis Missnensis, duxit uxorem Sophiam filiam cuiusdam nobilis viri de Austria, genuit ex ea Hinricum comitem, qui in iuventute mortuus fuerat. Item genuit secundum filium Conradum, qui puer obiit anno Domini M°C° LXXXVII° V° Idus Januarii in castro Gebichensteyn, sepultus in sinistro patris sui in Sereno Monte. Oblata fuit villa Ternitz iuxta villam Nümick cum VIII mansis, quas postea Otto comes de Brene pro villa Clewitz pro ipsa equivalentibus commutavit. Habuit preterea tercium filium Obricum et filiam Sophiam, que nupsit Burchardo Magdeburgensi burgravio. Obricus filius eius, comes de Wittin duxit filiam Bernhardi ducis Saxonie Hedwigis nomine. Ex qua genuit filium Hinricum, quem reliquit

missn ~~Missn~~

Gebichensteyn LXXXVII° V° id'

pro eo recenti manu in marg. suppl.

~~a) desunt c.; add. man. rec. in marg.~~

nümick

cz. ?c: T.

reli(q) (quid)

+ f. CCLXIII b.

M°C°LXXXI III° kl'

heredem. Ipse vero Hinricus comes senior de Wittin mortuus fuit anno Domini M°C°LXXXI III° kt. Septembris sepultusque in Sereno Monte apud patrem suum ad sinistram eius. Cuius viduam Sophiam duxit Hermannus tunc comes palatinus Saxonie, postea eciam comes provincialis Thuringie. Genuit ex ea Juttam uxorem Theodorici marchionis Missnensis, de quo supra dictum fuit descripcionis Ottone et plenius infra dicetur in descripcione filii sui Theodorici. Obricus filius mortuus fuit in castro suo Wittin anno M°CC°VI in firmitate, que dissenteria vocatur, IIII kt. Octobris relinquens Hinricum filium suum heredem. Sepultus fuit in Monte Sereno in sinistra Frederici comitis de Brene, patrui sui; oblati sunt pro eo sex mansi in villa Lechenitz.

Postea

Missn

inde scripcio moderna yd. corrigiat

inde

Fredericus quintus filius Conradi marchionis de Brene duxit uxorem Hedwigim, filiam Dippoldi cuiusdam nobilis de Bohemia, qui fuit patruus Odackari ducis Bohemie genuitque ex ea Ottonem et Fredericum, fratrem eius, et filiam Sophiam Quedelingenborgensem abbatissam. Mortuo siquidem Frederico seniori de Brene comite anno M°C°LXXXI° pridie Nonas Januarii, sepultus est in Sereno Monte apud patrem suum Conradum marchionem versus occidentem. Post mortem vero eius vidua eius Hedwigis claustrum monialium de Brene una cum filiis suis fundavit, ubi in sancta conversacione vitam finivit. Dedicatum fuit templum anno Domini M°CC°. Preterea Otto filius Frederici, mortuus fuit in iuventute anno Domini M°CC°III° et in Brene sua fundacione sepultus. Fredericus vero frater suus, duxit uxorem Juttam, filiam Frederici comitis de Czegenhagen, fratris Hermanni

+ f CCLXIII c

in

ffred.

Czegenhagin,

MONUMENTA GERMANIAE.

comitis provincialis Thuringie, ex qua genuit filiam Hedwigem et filios Ottonem et Theodericum. Hec Jutta obiit anno Domini m° cc° xx. Fredericus de Brene iunior anno Domini m° cc° xxi mortuus fuit in transmarinis partibus in civitate Ackaron vel Akon. Reliquit autem duos filios Ottonem et Theodericum. Et hec de genealogia filiorum Conradi marchionis pro presenti sufficiant. Ad rectam lineam descendencium Ottonis marchionis Missnensis, principum modernorum Frederici et Wilhelmi, descendatur.

Undecimus stipes.

Theodericus, filius Ottonis marchionis Missnensis, comes in Wissenfels anno m° c° xcvi in transmarinis partibus constitutus morte fratris sui cognita, cum redire disponeret, imperatoris insidiis adeo artatus fuit, ut publice navem ingredi non auderet, sed a fidelibus suis lagena inclusus et navigio illatus sicque, donec in altum maris procederet, occultatus est. Imperator enim marchiam Missenensem suis usibus reservare voleno presertim propter fodinam argenti in Triberg, tunc valde bonam, fidelibus suis eam commisit procurandam, que eciam usque ad mortem Hinrici VI. imperatoris pro eodem procurata fuit. Mortuo autem imperatore Hinrico VI. apud Gan[illegible] veneno et Spira sepulto et verius translato anno m° c° xc° vii Theoderico reverso in patriam iuvamine et adiutorio soceri sui Hermanni Thuringii Lantgravii et presertim populi et militarium benivolencia, qui magno gaudio gavisi dominum et principem, filium marchionis, revenisse marchiam Missnensem cum omni patrimonio acquisivit ac eam pacifice et quiete per

ffred.

h

m/ Missn

rot.

missn

+ f CCLXIII d

(?) recentiore manu corr.

a) dom, ~~ut videtur, [illegible]~~ donec

Tunc

missn

a) ad c

decem et octo annos tenuit usque ad annum millesimum CCCXV. Tunc inceperunt sibi evenire diversa gravamina. Nam archiepiscopus Albertus Magdeburgensis ipsum pro invasione, ut creditur, terrarum ecclesie excommunicans ~~unica~~ ~~sit~~ Missnensem, ~~et~~ [a] Merseburgensem dioceses supposuit interdicto. ~~Aliam~~ aliam causam excommunicationis, interdicti in cronica Sereni Montis sic reperi. Hinrico, Wiperti fundatoris [b] filio, mortuo sine hæreditibus, Grotz castrum ad Theodericum comitem de Sommirschenborg et de Grotz et Conradum orientalem Lusacie [+] marchionem devenit, ut supra dictum fuit. Iste Theodericus comes de Grotz advocaciam Pigaviensem beneficio Philippi imperatoris sibi usurpavit cum monasterium privilegiatum ~~fuit~~ sit ab imperatoribus, quod abbas et conventus eligere possint advocatum quem velint. Sicque dictus comes Theodericus multa gravamina intulit, cives Pigavienses violenter sibi servire compellens nec ab abbatis iniuriis personalibus se temperavit. ~~Nam~~ nam abbas Sifridus eciam expulsus per eum, qui ~~qui~~ fuit integrum annum [quem Burchardus dux] in castro suo Werbin recepit. Tandem inter Theodericum comitem de Grotz palatinum et Theodericum marchionem Missnensem, de quo hic scribitur, discordia exorta, cuius graciam et amiciciam abbas Sifridus habuit. Ideo eius favore animatus Pigaviam reversus est militibusque [a] in civitate locatis violencie comitis paulatim cepit resistere, donec pertinaciter reluctando eum contra se reddidit segniorem, quamvis eo vivente nunquam quieta gavisus est libertate. Mortuo comite Theoderico de Grotz palatino, Conradus marchio orientalis Lusacie, frater eius, advocaciam Pigaviensem quam cum eo a rege Philippo sibi ~~concessam~~ concessam [c]

missū merf ~~Missū~~

a) ~~deceste~~ et recenti manu add. in marg ~~man. rec.~~

b) fundator c.

+ f. CCLXIIII[a]

sic.? t=c.

~~a) seq. qui c.~~

missū ~~Missū~~

a) militibus q̄ ~~[illegible]~~ c.

~~b) con c., corr. man. rec. contra~~

c) ~~concessatu c.~~ gressatu c.

k

recepérat, invasit. Sed tamen a personalibus
iniuriis abbatis abstinuit, quia filium eius in
baptismo susceperat, quod ipsum cum multis
a/ cr
a/ fratre c. cum. mon. recenti manu
fratre
+ f. CCLXIIII b.
marito, si esset possibile, se velle redimere adhuc
vivente fratre a regius dixisse fertur. Movebatur
enim propter fratrem carnaliter, quia ille in
obtinendo proposito infirmum abbatem videret,
verbo
tur, maxime autem pro quodam, quod
abbas minus caute protulerat, comitem apostatam
apostatam nuncupando. Idem namque comes erat
de Maydeburgensis canonicus existens
etiam ad subdiaconatus gradum promotus erat. Attri
= scolis
dit tandem cum in studiis esset Parisius, quia
scolis
ex Francia halnit filiam sororis sue, ut
a/ servie c. cor. mon.
servi
servientes a ipsius ad ancillarum clericorum
Mode ms. pr. am. Rauch: servientes
ab eo minis homicidium cum uti terent.
ere
Pro qua re de sua promotione desperans
clericatus dicitur reiecisse. Post mortem Cuno
di marchionis, qui triennio fratri tantum
supervixit, Theodericus marchio, de quo nunc
stilus
est sermo et stilum scribendi, modis omnibus an
helabat, ut ipse ecclesie Digariensis advocatus
eligeretur, quod cum abbas Sifridus sibi non
a/ nulla c. neglieret c
convenire sciens facere neglieret, ille ex fau
tore et amico in hostem mutatus valde eum
b/ irrigando per viduas cum. minio irrog.
vexare cepit, ei munera a dampna et iniurias
irrogando. Qui extremum vero ausu castrum
Gröz, quod ei hereditario iure obvenerat et verius
ex redemptione ab imperatore, quia marchiam
Lusazie Landisperg una cum castro Gle
bouh, Rochelitz, Grotzick pro XV marcharum
marcarum argenti redemit, villam Grotz
nominem, borum insuper et theolonium et
monetam omnibus provincialibus ab illa parte
emere
tam emere quam vendere volentibus, ne Digariam
pergerent, interdixit. Abbas vero iudicibus cu
c/ impetrans c. Corr. in marg. impetratis.
+ f. CCLXIIII
Cam Rauch: mdcvm p.
d
ria eum a sede apostolica impetratis episcopo
decano, scholastico Herbipolensibus, omnem eius

Marchia Lusatie redimitur
cum Landisberg.
Lusatie

conatum evacuavit. Iudices enim, testibus eius
auditis, sententiam pro ipso protulerant eique
Brandenburgensem episcopum eiusdem sententie
executorem dederunt, qui Groczik adveniens
convocatis castrensibus et villanis forum et
theoloneum et monetam in loco illo haberi
auctoritate apostolica interdixit omnesque,
qui in ipsa villa ad ius forense residenciam
facerent, eadem auctoritate excommunica-
cionis vinculo innodavit et loca interdixit.
Verum cum adhuc abbas marchionem de dampnis
ab eo et ab hiis, scilicet Theoderico comite et Con-
rado marchione Lussacie, quorum hereditatem
acceperat, sibi illatis impeteret, quousque
ad septem milia marcarum et quingenta com-
putaverat, et propter hoc totam terram mar-
chionis archiepiscopus Albertus Magdeburgen-
sis sub interdicto posuit, ut supra dictum est.
Sed tandem composicione interveniente causa
sopita fuit, ita quod marchio et abbas se
invicem pacis osculo receperunt. Presens marchio
Theodericus habuit uxorem Iuttam, filiam
Hermanni Thuringie lantgravii, ut
supradictum fuit, genuit ex ea primo duos
filios Ottonem et Conradum et filiam Hedwi-
gam, qui in iuventute mortui fuerunt,
expost ante finem vite sue biennio
genuit Hiuricum illustrissimum princi-
pem, de quo plene in sequentibus dicetur.
Acciderant huic Theoderico expost
multa pericula et gravamina. Nam militares
quidam a cum Liptzensibus conspirantes ipsum
interficere disponebant. Anno M°CC°XV certos
armatos ad hoc deputaverunt, qui Ysenborg
venientes in vigilia sancti Nicolai in tempesta-
te noctis silencio ad ianuam hospicii pulsan-
tes, dicebant, quod deberent necessario marchio-
ni loqui. Quedam autem domicella hec au-
diens ivit ad lectum ipsius, requirens, si

iudices

lussacie

ex pg eante o.

acciderant

a/ quidem c. + f. CCLXIIII j

quedam

MONUMENTA GERMANIAE.

ing.

deberent intromitti. Ad hec marchio inquid, licet nichil mali suspicaretur, tamen mandavit, ut in crastinum ~~ad~~ redirent, et sic illa ~~vite~~ vice eorum propositum fuit impeditum. Verum alii eorum complices omnino certi, quod illi non desisterent, a quin facinus conceptum, ut promiserant, perpetrarent, in Liptzk mane venientes marchionem mortuum divulgaverunt, civibus civitatem marchionisse et Hinrico eius b filio parvulo dixerunt conservandam, et facta est coniuratio valida multique additi sunt ad eos, omnes autem fideles marchionis turbati sunt ipsum mortuum audientes. Sed postquam compertum est, eum vivere, illi qui Liptzk se receperant, exercitum quadringentorum armatorum congregantes duobus annis marchionem cum suis, ut adversarios et hostes publicos, ~~rapinis~~ rapinis, incendiis molestabant. Diversis autem placitis infra duos annos habitis, tandem promissis iuramentis, fideiussoribus ac aliis cautionibus quibuscumque, quicquid marchionis adversarii exigere volebant, ipsi facere cogebantur. Hac + necessitate, quia civitatem Liptzik vel imperatori Ottoni vel archiepiscopo Magdeburgensi aut aliis adversariis marchionis, qui pro tunc multi erant, tradere disponebant. Promissa igitur illis et omnibus eorum complicibus indemnitate, Liptzk reddita est marchioni M° CC° XVIII, et quia predicti adversarii marchionis civitatem c Liptzensem absque voluntate civium et connivencia nequaquam occupasse biennio potuissent, marchio cives exosos ~~et~~ ob hoc habuit et post hoc paululum oportunitatem d nactus ~~nactus~~, Fredericum, qui nuper in regem Romanorum electus contra Ottonem in Almaniam procedens, de eo mirifice triumphaverat, secum in civitatem Liptzensem cum

a) desiste c. recenti manu ~~[illegible]~~
add. in marg. rent ~~Desisterent~~

b) seq. ~~filius~~ filio del.

+ f. CCLXV^a

marchion

c) civitate c.

d) oportunitate o. (unde gr. corr. -tate)

paucis introduxit, quia nec cives eum cum multis intromittere volebant. Sed marchione procurante milites paulatim, nunc ad istam, nunc ad illam portam intrantes civitatem plurimum repleverunt et se caute in hospiciis receperunt. Verum quia tempore gwerre cives campanam ad convocandum se et communitatem fecerant, marchio ne per concursum multitudinis intencio sua frustraretur, tyntinabulum prefate campane clam tolli fecerat et servari; sicque iuxta conditum et certum signum forte cum tubis datum ad iussum marchionis mox signo dato, quilibet militum hospitem suum capere et bona ipsius diripere satagebant. Civitate itaque taliter subacta, marchio fecit destrui murum in gyro, intra civitatis menia edificans tria castra, ne cives alias similia talia attemptarent. Fuit autem unum castrum situm in fine orti fratrum predicatorum, aliud iuxta fratres minores, tercium ubi est hodie. Milites autem, qui auctores huius gwerre fuerant, iussit capi, quorum unus, cuius anima maxime querebatur, armatus dextrarium conscendit et portam clausam cum securi aperiens evasit. Cuius frater captus traditus est in manus Frederici regis Romanorum, qui postea cruce signatus mare transiens rebus excessit humanis. Et licet secundum humanum iudicium aliquantulum se marchio vindicasset, tamen mala, que receperat, contra eum nullatenus conquieverunt. Nam alii ministeriales sui prioribus forciores se ipsi iterum opposuerunt trahentes in suum auxilium archiepiscopum Magdeburgensem Albertum, qui forti manu terram marchionis intrans, edificavit castrum Tuch prope Liptzk, cuius successor opidum

lo spat condictum

+ f. CCLXV b.

m spat duschpriehen

a) civitatem, ~~[illegible]~~ ~~civitate~~.

Murus civitatis Liptzk destruitur et castra duo vel tria ponuntur.

fuit

a) hoe c. corr. man. rec. hodie

a) ad c. ~~del. man. rec. et addidit~~ ~~in marg. et~~

manu p. corr. a. k. et

Tamen

Castrum Tuch edificatur ad unum parvum miliare

MONUMENTA
GERMANIAE.

castro adiacens muro cinxit, Anno M°CCXXI.
Marchio vero usque ad finem vite sue a malis
que eum apprehenderant, se non potuit ex-
plicare, que paulominus quam quadriennio
duraverunt, donec + emulis suis procuran-
tibus a quodam medico suo, qui centum
marcas argenti, quarum iam quinqua-
ginta ~~acceperat~~ acceperat, corruptus fuerat, veneno
sibi propinato interiit; et cum medicus, immo
pocius veneficus, residuum pecunie
peteret ab hiis, qui eum conduxerant, respon-
~~derunt~~ erunt: Recedite, traditor vilissime, quia
dominum vestrum pro pecunia occidistis
et nisi parceremus honori vestro, statim
vos, ut traditorem impium, suspendere
deberemus? O impios traditores, ipso vene-
fico nequiores, quem ut avarum, utpote
adventam, proprie artis venditorem ipsi
contra dominum proprium et naturalem
conduxerunt, iustius quam veneficum
secundum proprii oris sentenciam laqueo
puniendos! Igitur marchione mortuo
anno M°CC°XXIII, domina Jutta relicta eius
cum filio suo Hinrico, qui tunc parum
amplius quam binus erat, dominium
terre obtinuit amplius quam biennio in
quiete, donec consilio quorundam, qui sibi
favere videbantur, comiti Poponi de Henniu-
berg nupsit. Quo facto lantgravius
Lodewicus, frater marchionisse, quem marchio
Theodericus adhuc vivens filio suo parvulo
tutorem delegaverat, cum exercitu mar-
chiam Missnensem intravit. Sicque comes
Poppo compulsus est cedere, et marchionissa cum
ipso exulare, que recedens filium parvulum secum
duxit. Antequam marchio moreretur, omnes
fere proprietates suas + dederat marchionisse,

+ f. CCXV^d.

+ f. CCLXV^G.

acceperat,

adveniam ut videtur c:

a/ corr. man. rec. advenam
propriae a.

~~a/ propie c; del. man. rec. et addidit: marg. propriae~~

a/ advem||am c; corr. man. rec. adve||nam

~~c/ iuscius (iuscius) c; corr. man. rec. iustius (iustius).~~

a/ q^u c. (quam)

missn ~~Missn~~

antequam

a/ inclusa ~~cedat deberetur~~.
man. rec. exclusa

a Aquibus, quia nubendo comiti exclusa a
redebatur, satis caute, licet cum preiudicio
filii, recuperavit precium dotalicii pro bonis
et castris sibi datis. Nam filius dedit in manus
ducis Austrie accipiens pro castris dotali-
cii et proprietatibus XII milia marcarum
quas dux idem filie sen domicelle Constan-
cie assignavit pro dote et eam puero filio
rico marchionis desponsavit. Dux autem
Austrie moriens ordinaverat, quod marchio
dictas proprietates cum ad legitimam
etatem perveniret, non posset recuperare
nisi aut filiam suam Constanciam duceret
